

REINHARDVS LORICHIUS HADAMARIUS.



Reinhardus honestis parētibus natus, & in o-
mni genere literarum educatus est. Is cum a-
dolescisset, passim ad Germaniae gymnaſia perue-
nit atq; in prīmis Marpurgi præclarā operā līteris
nauauit. Ibi artium & līnguarū studia complexus,
ea facile percepit, & Historiarum lectionem adie-
cit. Itaq; factum ut ob ingenij felicitatē plurimū
promouerit, & sibi magnum nomen compararit.
Scripsit is Commentaria in Aphthonium, atq; edi-
dit. de Institutiōe quoq; principis locos cōmunes
ex diuersis ijsq; optimis autoribus collegit, quorū
cognitio nō modō ijs, qui cū Imperio sunt, uerū
quibusuis alijs magistratib. & subditis utilis & ne-
cessaria existit. T. Liuij orationes oēs (ex librīs de 2 bello Punico) artificio Dia-
lectico & Rhetorico illustrauit, atq; ex ijsdē librīs miscellanea, obseruationes
& apophtegmata rerū omniū memorabiliū ac insigniū diligēter excerptis, &
1537 edidit.